

na goddes bord drytteynhundert jar in deme eyn und sestigesten jare to palmen.

Original mit zwei Siegeln im Staats-Archive zu Magdeburg s. R. Quedlinburg C, V, a No. 13.

- 5 178. *K. Karl IV. beauftragt Herzog Rudolf von Sachsen mit der Ausübung der kaiserlichen Rechte in den Städten Goslar, Dortmund, Herford und Quedlinburg. 1361. Aug. 30.*

Karolus quartus, divina favente clemencia Romanorum imperator
semper augustus et Boemie rex, notum facimus tenore presencium uni-
10 versis, quod, quia bona juraque Romani imperii cum pertinenciis lau-
dabilibus ejusdem arguta perquisicione quam plurimum dilapsa cernimus
et tam fraudibus malorum demembrata quam torpencium negliencijs
et inadvertencijs notabiliter diminuta, nos, qui pervigili cura ex debito
tanti officij ad id obligamur augere cupientes divino nobis opitulante
15 suffragio Christi felicissimam advocaciam et bona ipsius jura et atti-
nencias ejusdem pocius colligi quam dispergi, de principum nostrorum
et fidelium ejusdem regni consilio certaue ex scientia Rudolfum ducem
Saxonie, sacri Romani imperii archimarescallum, principem et avun-
culum nostrum, carissimum vicedominum et capitaneum nostrum con-
20 stituimus et per quatuor civitates nominatim subsequentes, videlicet
Gosselariam, Trentoniam, que vulgariter Dörpmundia dicitur, Herfordiam
et Quidlingborgiam necnon per districtus eisdem civitatibus circumfluos
Romano imperio de jure subditos et subjectos volentes omnino, ut dictus
dux, quem sicut nativa generositas sic ad nos et ipsum imperium fidei
25 constancia perpendenda et indefessa servicia nobis per ipsum hactenus
exhibita et futuris temporibus exhibenda nostro culmini multipliciter
commendant, civitates et districtus prenominatas quousque ad nostram
vel successorum nostrorum Romanorum regum sive imperatorum revo-
cacionem auctoritate nostra sicut vicedominus noster et capitaneus ibi-
30 dem habeat atque nomine nostro dirigat et regat, census solitos fructus
et obvenciones nobis et imperio de jure solitos et consuetos dari
nomine nostro percipiat, neglectos vero hujusmodi census, jura dilapsa
et pertinencias distractas diligenti perquirens indagacione nobis et im-
perio recuperet revocet ac restauret. Eapropter omnibus et singulis
35 comitibus baronibus militibus clientibus communitatibus magistris con-
sulum consulibus scabinis judicibus officialibus per dictos civitates et
districtus constitutos fidelibus nostris dilectis et imperio de jure subdi-
tis firmiter et districte precipiendo mandamus, quatenus dicto duci
Rudolfo tamquam vicedomino et capitaneo nostro per majestatem
40 nostram, ut premittitur, prefecto debitam servent et exhibeant obedien-
ciam, sicut nostre celsitudinis gravem evitare voluerint indignacio-
nem, presentium sub nostre imperialis majestatis sigillo testimonio
litterarum. Datum Prage anno domini millesimo trecentesimo sexa-